



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

521. An, & qualiter Capitulo sede vac. competat præsentatos instituere,
dum nimirum institutio spectabat ad Episcopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](#)

Questio 520. An Capitulum sede vacante präsentare possit ad beneficium jurispatronatus competentis Episcopo?

R Esp. negativè. Castrop. tract. 13. de benef. d. 2. p. 29. n. 8. Fermolin. tract. de Capit. sed. vac. q. 24. n. 9. Dian. loc. cit. resolut. 29. in fine. Ventrigl. tom. 2. §. 1. num. 52. Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 38. q. 10. Garc. p. 5. c. 7. n. 52. citans Pavin. de potest. Cap. sed. vac. q. 5. p. 2. num. 3. & 5. Lambert. de jurep. l. 2. q. 2. a. 4. &c. Idem de electione, dum ea spectabat ad Episcopum, sentiunt idem AA. contra Lotter. l. 2. q. 2. n. 14. & 15. ubi, quod jus eligandi, & präsentandi competens Episcopo pari modo spectent ad jurisdictionalia, se proinde pari modo non impediant transire ad Capitulum, sicut confirmatione & institutio. Eadem enim, quæ de collatione constituantur quod ad hoc punctum, intelligenda quoque sunt de presentatione, & electione competentibus Episcopo; eo quod prohibitor generalis sit, & hæc non minus quam collatio sint solum fructus dignitatis episcopaloris, etiæ longè quid minus quam collatio. Fermolin. loc. cit. Addit. quod präsentare, & eligere non tam jure communis, sicut collatio, quam frequentius jure speciali, & per accidens competit Episcopo. Et sicut de utroque constat ex Regula 2. Cancellar. ubi referuntur dispositioni Sedis Apostolicae beneficia omnia spectantia ad collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu qualilibet aliam dispositionem Episcopi, eo defuncto, seu sede episcopaliter vacante.

Questio 521. An, & qualiter competit Capitulo sede vacante präsentatos instituere, dum nimirum institutio spectabat ad Episcopum?

1. R Esp. ad primum affirmativè. Fagn. in c. his qua. de major. & obedient. num. 57. Azor. loc. cit. q. 2. Barboli. jur. eccl. l. 1. c. 32. num. 63. & 95. Garc. de benef. p. 5. c. 7. num. 54. Lotter. l. 2. q. 2. n. 21. Pith. ad tit. de major. & obed. num. 44. & 53. Ventrigl. loc. cit. num. 57. cum communis, juxta c. 1. de Instit. in 6. Succedit enim Capitulum sede vacante in jurisdictione episcopaliorum ordinaria, & vel maximè necessaria, & quod ad illos actus, per quos nulla fit rei alienatio, & qui non tendunt in præjudicium Episcopi futuri. Pith. loc. cit. num. 44. Jam vero instituere (idem est de confirmare), competit jure Magistratus, reputaturque ideo inter jurisdictionalia, seu fructus jurisdictionis. Lotter. loc. cit. num. 17. Pith. loc. cit. estque actus jurisdictionis necessaria, & dicitur collatio necessaria. Ventrigl. Pith. loc. cit. non continens in se rationem donationis, aut gratiarum (ut facit collatio) sed potius donationis facta confirmatione, & approbatio necessaria, & obligatoria, ut Castrop. loc. cit. n. 8. sed est actus justitia, Lotter. num. 18. & 19. loquens de confirmatione (inter quam, & institutionem in hoc est omnimoda paritas) neque per illam res ulla ecclesiæ alienatur, aut ullum fit Episcopo successori præjudicium. Si enī präsentatus est dignus, debet institui ab Episcopo, nec potest rejici. Accipere ita, ut inquit Lotter. loc. cit. num. 21. ratio necessitatis juncta cum cessatione præjudicij Episcopi suaderet, ut confirmatio æquæ, ac institutio sede episcopaliter vacante transeat in Capitulum. Idque etiam ob communionem, quæ est inter Episco-

pum, & Capitulum, ex quibus constituitur unum corpus ad providendum ecclesiæ necessitatibus. Unde jam etiam, dum sede vacante vacat beneficium jurispatronatus pertinentis alias ad Capitulum, Capitulum duplici jure fungitur, scilicet präsentando jure Capitulari, & instituendo jure episcopal. Ventrigl. loc. cit. num. 60. ex Quarant. in sum. Bullar. v. Capit. sed. vac. vers. qua conclusio, post principium.

2. Resp. ad secundum: Quod si tamen präsentari essent plures, ita ut locus esset gratificationi, tunc, quia hæc gratificatione judicio Episcopi reservatur per e. cum autem, & actus voluntarius, & gratiosus judicatur, non posse Capitulum, aut ejus Vicarium sede vacante gratificari, & unum præ reliquis instituere, tradit Lotter. loc. cit. n. 14. & 35. his ferè verbis: hōcque dicendum existimo, si plures sint präsentati in concurso, ita ut sit locus gratificationi. Tamen etiam nec tunc agatur de collatione libera propter necessitatem providendi unius präsentatis; tamen quia lex in individuo facultatem hanc gratificandi judicio Episcopi præservat, ea nequit trahiri in Capitulum, propterea quod hinc censeatur electa industria Episcopi. Neque enim ea gratificatione exigit causæ cognitionem, vel tribunals electionem, quod minus censeri debeat actus meritis voluntarius, & gratiosus, prout latissime resolutum in Calagurit. de Zurbano. 29. Octob. 1608. & 4. Novemb. 1609. Hanc Lotterii doctrinam sequitur Ventrigl. loc. cit. n. 58. nisi quod is loquatur de präsentatis per patronos. Lotterius de präsentatis in concurso; per quod intelligere videtur, quod dum plures in concurso judicati sunt æquæ digni.

3. Nihilominus Diana p. 8. tract. 4. resolut. 26. cum Metoll. tom. 3. d. 7. c. 7. dub. 1. num. 107. tradit, quod dum patronus präsentavit plures Clericos æquæ idoneos, possit Capitulum sede vacante ex iis instituere, quem maluerit, & sic exercere libertatem; eo quod hoc proveniat per accidens ex tacita concessione & permissione ipsius patroni, qui, cum poruisse präsentare unum tantum, präsentavit plures, dando ipsi Capitulo potestatem eligendi & instituendi, quem maluerit ex präsentatis; sicut etiam posset patronus neminem präsentare, sed dare facultatem Capitulo conferendi beneficium, cui voluerit.

Questio 522. An Capitulum sede vacante possit electos confirmare, & etiam electiones factas infirmare, dum confirmatione spectabat ad Episcopum?

1. R Esp. ad primum affirmativè Sbroz. de Vicario. Episc. l. 2. q. 70. n. 4. Fagn. loc. cit. & in c. cum olim. de major. & obed. n. 1. & cateti AA. citati pro respons. x. ad quest. praed. ex eadem ratione ibi deducta juxta expreßum textum c. cum olim. de major. & obed.

2. Respond. ad secundum affirmativè quoque Ventrigl. Barboli. Pith. II. cit. cum comm. juxta citatum textum c. cum olim; ubi non solum jus confirmandi, sed & infirmandi electionem commititur Capitulo.

**

Questio